



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

9. An quoad lucrandas indulgentias detur parvitas materiæ non solum in continuatione tempori, sed etiam post tempus elapsum? Et an in opere injuncto ad lucrandas Indulgentias detur parvitas materiæ? ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

paris tantum omittatur, ut si opus iniunctum sit una Missa, & minima eius pars omittatur, verisimile est lucrari Indulgentiam, quia, moraliter loquendo, totum opus fieri censetur, eo quod in moralibus parum peo nihilo reputatur, quod si pars in se est leuis, reputatur grauis respectu operis iniuncti, non lucratur, ea omisla, Indulgentiam, vt si concedatur recitanti quinque orationem Dominicam, omittens vnam, non consequitur eam, quia respectu totius operis est pars grauis. Et haec omnia docet etiam Philippus Faber in 4. feni. dif. 19. q. 2n. dif. p. 38. cap. 7. num. 20. Angelus Bofius de Iubilao. seq. cap. 3. num. 3. & 6. Filiius tom. 1. tr. 8. c. 6. n. 15. Praepositus in 3. p. q. 14. de Indulg. dub. 10. n. 87. Suarez in 3. part. tom. 4. dif. p. 5. seq. n. 4. Sanctarillus de Iubilao, c. 7. dub. 1. Leo de Iubilao, p. 2. n. 150. Lauorius de Iubilao, p. 1. c. 21. n. 20. Layman lib. 5. tr. 7. cap. 6. n. 3. & alij.

## RESOL. IX.

An quoad lucrandas Indulgentias detur parvitas materia non solum in continuatione temporis, sed etiam post tempus elapsum?

Et an in opere iniuncto ad lucrandas Indulgentias detur parvitas materia?

Et Indulgentia pro aliquo certo festo concessa qua die parte incipit, & definit? Ex p. 10. traet. 16. & Misc. 6. Resol. 4.

Sup. hoc lec. §. 1. **C**Als sunt practicabiles; & ad utrumque auge doct. affirmatiue respondet Pater Gobat in *Thesauro Indulgentiarum*: unde quoad primum loquens de Indulgentia tridui Bacchanalium inclita Societati Iesu concessa, sic afferit in part. 2. cap. 11. queſt. 26. numero 56. Postmodum a moderno Pontifice ab hinc quadriennium addita est haec conditio, vt illa 40. horarum precatio, seu oratio, non sit interpolata, sed continua. Unde licet illa oratio possit inchoari immediate post medium noctem dei sabbatini exacti, & prorogati usque ad medium noctem feriae tertiae (nam Bulla Sanctissimi D.N. Innocentij X. tres integros dies concedit) tamen si quis finita supplicatione, seu processione, qua solit illa oratio claudi, primum oraret pro concordia Principum Christianorum, &c. non esset lucraturus Indulgentiam. Certum quoque est sufficere ad illius orationis continuationem, modo sit tempore unus unicus homo in Templo, qui oret; nam Pontifex utitur voce Orationis, non autem comprecationis; imo quamvis continget per breviulum temporis spatium v. g. per sextam viiis horae partem, neminem esse in templo, non tamen censetur moraliter interpolata oratio; si enim ex tam multorum praestantiumque Theologorum opinione est una moraliter continuata actio, qua vel plures homines, unus post alterum confitentes, audis, aurum plusribus hominibus in uno Sacro, Christi Corpus praebes, esto forte ter, vel quater a mensa communicantium redas ad altare; aut qua die vetito carnes comedis, ad initium, & ad finem prandij, comedis in medio prandio piscibus; si, inquam, illæ actiones, quas enumeravi, sunt in circumstantiis, quas attuli, ita moraliter una actio, vt in sacra confessione non oporteat exprimere numerum personarum, quas peccati mortalibus reus absoluisti, & communasti in casu prandio, vt egregie docet Cardinalis de Lugo, dif. pnt. 16. seq. 14. §. 2. cum multis contra multos, nec oporteat dicere te comedisse bis carnes, imo mala fore confessio, si in casu positio dices te comedisse bis carnes, clarum est orationem 40. horarum posse moraliter vocari continuam, & non interpolatam, licet ob somnolentiam omnium; qui sunt in templo, aut viuis, plu-

riūmve tarditatem, vel inaduentiam continget, aliquo breviūculo tempore non orari, cum praefatim extermi orationis signa, vt ardentes cere, venerabilis sacramenti praesentia, ac etiam iuueni ad moralitatem continuationis, sicut ad viritatem, & continuationem prandij facit, quod mensa permaneat frata. Ita Gobat; qui etiam in tr. de Iubil. cap. 22. q. 60. num. 150, addit, ne physicè quidem interruptum videri eam 40. horarum orationem, eti omnes, qui pro implenda hac aut illa orationis hora sunt constituti, Rosarium v. g. recitent cum perpetuis animi, voluntariisque distractionibus, aut forte licet etiam penitus nil orient modo flecant genua modestè; nam verba sunt intelligenda secundum vsum communem, vt docet utrumque ius iam toties citatum; vsum autem penes quem est ius, & norma loquendi, habet, vt dicatur dure oratio 30. horarum, quandom aliquis est in templo per modum supplicis & Religiosum cultum, qualis utique est genuflexio, exhibens Deo.

2. Quoad secundum dubium idem Pater Gobat, etiam affirmatiue responderet ubi supra, in *Thesauro Indulgentiarum*, part. 2. cap. 36. queſt. 95. vbi quartus, Indulgentia pro aliquo concessa, qua die parta incipiat & definit; & responderet eam lucrificandi tempus incipere a primis vesperis, & finiri ad solis occasum ipsius festi, aut Dominicæ; Et postea num. 63. hic afflert: Per solis occasum intelligentem esse id tempus, quo sol iam plane sub horizonte est abditus, ita ut Indulgentiam pro S. Ioannis Baptiste die, qui longissimus est, decretam adipiscatur is, qui reliquis iam perfectis designata Ecclesiā visitat, in cœque erat, dum horizon planus (nam nulla hinc mortuum est habenda ratio) solem fecerat, aut statim postquam totus plenus occubuit. Nam verba Bullarum de Indulgentiis loquentium esse latè interpretanda, dixi iam sapè. Et quia nobis in superiori Germania solet circa solitum aestuum occumbere hora octaua post meridiem ideo hora octaua, aut dimidio quadrante potest viriliter, ad lucrandas Indulgentias visitari Ecclesia prescripta. Ita Gobat.

3. Sed circa prescriptam clausulam, videtur à primis vesperis usque ad occasum solis, vide Quintanadueniam in *Theol. mor. tom. 1. in append. tr. 2. dub. 4. vbi* tenet Indulgentiam concessam usque ad occasum solis, terminari finito completorio. Et dub. 3. docet, quod in tali casu vesperarum horas, non est mensuranda ex hora, qua in hac, vel illa Ecclesia vesperæ recitantur, sed ex hora, que in Ecclesia matrice, sive Metropolitanâ fit, sive Cathedralis, aut Parochialis) in aliqua Ciuitate, aut Oppido, recitari, solent communiter iuxta vniuersalem Ecclesiâ ritum, vel Prouincię, Ciuitatis, vel oppidi illius vsum. Deinde quod haec hora incipit non solum à tempore, in quo vespera in choro inchoatur, sed ab eo etiam quo ad vesperas campane pullantur, aut pulsari loco solent, v. g. Hilspali in hyeme à secunda hora post meridiem, & in vere à tercia; unde enim verificatur iam vesperarum tempus adesse, seu accessisse. Haec Quintanaduenias; Et nouissime Gobat ubi supra, num 65. putat per primas vesperas intelligi illud tempus, quo ex probato vsum solent, aut possunt in illo loco, quo datur indulgentia, recitari vespera. Quod quidem tempus incipit à prima; aut saltem media secunda pomeridiana extra quadrageſimam, in quadragesima vero hora nona, aut media decima antemeridiana. Ita Gobat; quæ omnia adnotare voluit, quia quotidiana.

4. Nota hic qibiter, quod etiam in opere iniuncto ad lucrandas indulgentias datur parvitas materia, Et ita me citato docet Pater Gobat, p. 1. c. 17. q. 135. n. 195. vbi obseruat, quod ut aliqua pars vocatur hic minima, debet esse minima, non tandem ablutè, sed etiam respectivè: Vnde quando præcipiuntur

quinq[ue] Pater, & Aue, non censetur is minimam par-  
tum omisisse; qui tantum quater Pater & Aue recitat.  
Addit tamen, *nam. 193.* tria, aut quatuor Aue Maria,  
etie repudanda pro parte minima Rosarij: Quod mor-  
talis non bene negat Pater qualibus de *Iubilo*  
*gulf. 41.* *nam. 6.* alterius, quod si pro conseq[ue]ntia. In-  
algentia sit iniuncta recitatio Coronæ, aut Rosarij,  
liquis omitteret recitationem unius Aue Maria, non  
affligeretur Indulgientiam; quia licet sit pars minima,  
permetit tamen ad fortunam, cum toties in numero de-  
terminato recitanda sit salutatio Angelica, ut habeat  
in Corona, vel Rosarium. Ita ille. Sed nostram sen-  
tientiam tenet etiam Pellizzarius in *Manuali Regulari*,  
*nam. 2.* *trad. 8.* *cap. 5.* *nam. 257.* qui recte illam non admis-  
tit, sed pars quae pars operis iniuncti omissa esset in  
se leuis, sed gravis respectu ad alias ( vt si in Ro-  
ratio omittantur dena Aue Maria, aut semel Pater, &  
Aue in quinque denis recitandis: tunc quippe nihil  
obstinet indulgentia.

3. Verum in his materiis magis scrupulosè quam  
laxe procedendum esse puto; nam Martinus Roa vir  
quidam doctus, de *Purgatorio*, c. 14, negat quidquam  
indulgentiam ab illo acquiri, qui vel minimam partem  
præcepti precatio[n]is, aut operis omittit. Et ideo Eu-  
genius IV. in Bulla 23, apud Bullarium Rodriguez,  
omissionem quantumvis inuoluntariam vñici ieiunij  
et quinquaginta duobus, que à monachis Vallisfo-  
tensis ad Indulgentiam pro articulo mortis exigebat,  
valut suppleri alio proximo anno, alioqui nolebat  
illæ ea Indulgentia gaudere.

R E S O L . X.

*An qui facit opus requisitum Incretur æquinalenter Indulgenciam: Ex p.5,tr.12.Ref.18.*

**S**uppono adesse causam sufficientem Indulgen-  
tiae, & opus praescriptum requiritur a Pontifice  
solum vt conditio, & negatiuum sententiam docet  
Leyman lib. 5. trah. 7. cap. 5. num. 2. Polacchus de *Tubil.*  
lib. 43. num. 57. *Zerola de tubil.* lib. 1. cap. 16. dub. 17.  
& Cominch de *Sacram.* disp. 12. dub. 6. num. 34. & alij.  
Non enim omnes semper lucrantur plenarias Indul-  
gentias etiam legitimè concessas, qui faciunt etiam in  
tempore gratia opus praescriptum quia fieri potest ut ha-  
bitator per penas perfoluendas, & opus tam exigua  
cum devotione faciant ut eius vritilitas ad illarum fi-  
nem promouendum non sit tanta, quanta requiritur  
pro tot penis remittendis.

4. Dices, sufficit quid opera omnium sint simul proportionata, praefetim cum non semper requiratur aliquod opus in eo, cui conceduntur Indulgencie. Responde illo sufficere ut in genere tales Indulgencie concedantur, non autem ut singulis in particulari in operis applicentur, quia alias lucratorum etiam eas, qui non ea facerent, nullam haberet utilitatem ad finem: ne enim in hoc casu talis concessio Indulgenciarum in huic, vel illi applicata, habet utilitatem ad finem promovendum, sed potius obliterat, quamvis tepide peractum posset quantumvis magnas remittere; quia etsi occasio cur homines tepide opera obirent, cum scirent equaliter se Indulgencias lucraturos esse, tepide, sive feruentur ea obirent. Confirmatur ex Extrauag. antiquorum 1. de pepiti. vbi Bonifacius VIII. cum concessisset plenissimas in anno Indulgencias tandem subiungit. Vnusquisque amorem plus meretur & Indulgencias efficacius concupesceret qui Basilicas amplius, & deuotius frequenter. Quia verba quantumcumque alicui conentur ea interpretari aliter, non videntur posse, admittere commodium sensum, nisi dicamus fieri posse; ut tepide Tom. IV.

frequentantes, Basilicas non lucentur plenarias omni-  
no Indulgentias, alias has deuotius frequentantes, non  
possent illas efficacius lucrari.

3. Verum his non obstantibus contraria sententia, tanquam probabiliori adhærebo, quam nouissimè tunc  
tetur Angelus Bossius tract. de Iubilao, scilicet 4. cas. 21. §. 1.  
numero 38. Filiuclis tom. 1. tract. 8. capite 6. num. 164.  
Bartholomeus à S. Fausto de Iubilao, lib. 3. quæs. 66.  
Benzoniis de Iubilao, lib. 5. cap. 15. dub. 1. Nugnus in  
addit. ad 3. part. quæs. 24. art. 3. dub. 6. Suarez in 3. part.  
tomo 4. disputatione 52. scilicet 8. numero 3. & alij, vbi  
asserunt omnes præstanto opera iniuncta in Iubilao  
& in gratia existentes, in momento ultimi operis sup-  
posita causa iusta per se æqualiter Indulgentiam, seu  
remissionem plenissimam in eodem Iubilao promis-  
sam percipere, & ratio est, quia conditio requista suf-  
ficienter admpletur, & omnia alia ad effectum Indul-  
gentia Iubilai necessaria sufficienter concurrunt: er-  
go parem Indulgentiam consequuntur concessam, vi-  
g. facientibus elemosynam, qui dant centum, quam  
hi qui dant vnum argum. Tum, quia Indulgentia  
operatur non ex opere operante, sed ex opere opera-  
to, nempe meritis Christi, vel Sanctorum: ergo mai-  
or, vel minor deuotio quoad remissionem promissam  
in Iubilao nihil addit, vel minut: tum quia si hoc  
esset, sequeretur non esse verum illud commune pro-  
loquium, Indulgentia tantum valet, quantum sonat:  
ergo, &c.

RESOL. XI.

*An Indulgencia, sublata peccati fictione, sortiatur effectum suum ; Ex p.4,tr.4,& Misc. Ref. 94.*

**S. I.** **A**ffirmatiam sententiam docet Paludanus in **Sup hoc in  
4. dist. 20. quaest. 4. art. 3.**, & Sylvestris **ver. Indul- Ref. seq. & in  
gentia, num. 20. & 32.** quos citat & sequitur Heuriquez **com. 1. tr. 6.**  
**lib. 7. de Indulgentia, cap. 9. num. 3.** vbi assertum sublata **Ref. 10. §. Et**  
peccati fictione suuim indulgentia sortiri effectum si- **hanc ante**  
eu reuulsiit Baptismus sublata fictione, & opus à **med. vers.**  
Confessario in pénitentiam injunctum, **Imo plus.**

2. Verum contra sententia placuit Suar<sup>e</sup>z tom. 4.  
disp. 52. sec. 2. num. 12. quia hoc priuilegium proprium  
est Sacramentis, & non omnibus, & non constat tale  
priuilegium esse concessum Indulgencia, nec ex sacra  
Scriptura, nec ex voluntate concedentis quod confir-  
matur, quia omnes Indulgencia conceduntur homi-  
nibus confessis, vel contritis; ergo nihil operantur in  
illis, qui sunt in peccato, quia non sunt contriti.

RESOL. XII.

*An Indulgentia, sublata peccati fictione, sortiatur effectum suum?*

*Et an, ut quis obtineat sibi effectum Indulgencia, requiriatur status gratia eo tempore, quo praefat omnia prescripta opera, ad Indulgenciam consequendam, vel sufficiat status gratia in eo instanti, in quo applicatur Indulgencia, seu in quo danda, & applicanda erit Indulgencia? Ex d. c. r. 12. Ref. 4.*

**S. I.** **N**imis grata & consolatoria erit resolutio hu-  
ius dubij, & pro sententia negativa in 4. part.  
tract. 4. resol. 94. adduxi Suarez, cui nunc addo Trul-  
lench in *Bulla Crucifera*, lib. 1. §. 1. dub. 16. num. 5. Fabrum  
de panis in 4. sent. dist. 19. quæst. 2. n. dist. 3. 8. numero 197.  
Sotum in 4. dist. 21. quæst. 2. art. 3. Lauorium de *Iubilæo*  
par. 2. cap. 14. n. 69. Pollachum de *Iubilæo* sibi. 42. 1. 16.  
*Sanctellum* de *Iubilæo* cap. 1. dub. 1. *Leorum de Iubilæo*